

Alia etiam adytorum scabas ascendentibus se offert
Maximianæ Maximæ Calvini filiae mnemosynon,
quod maternæ pietatis non immemor filius erexerit,

In honorem autem eius dicitur. ideo, quod humationis solus honor
Acheronte sub imo est ut Virg. libro xi. ait. an quia cenotaphium id
esset. sic enim greci uocant. quod Tranq. in Claud. honorariū tumulū.
Hinc idem Virg. Hectorem ad tumulum iuridi quem
cespite inanem. Et geminas causam lacrymis sacraverat
aras, quem locum Martianus, Vlpianusq. adduxerūt
tandē religiosum locum ēē cenotaphium poeta senserit
Cum tamen diui fratres Marcus, et Verus Imp̄p̄.
contra rescripserint. Verum Virgilius de simplici
cenotaphio non loquitur, sed de eo cui geminae arae
adpositae sint, nihil aut impedit quin sacrari haec
possint,